



Universitätsbibliothek Paderborn

Capitularia Regvm Francorvm

Additae sunt Marculfi monachi & aliorum formulae veteres, & Notae
doctissimorum virorum

Baluze, Etienne

Parisiis, 1677

Sigeberti Regis epistola ad Desiderium Episcopum Cadurcensem, quòd
synodale Concilium celebrari non debeat in regno absque permissu Regis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-19366

143 ANNO CHRISTI
650

Capitularia

SIGEBERTI
R O 15 15.

pirante potentia, talis nostra devotio manet ut eos quos moribus ornatos & sanctis operibus deditos perficimus, sicut est iste fidelissimus Dei & noster Desiderius, hos ad episcopale culmen provehere debeamus. Quia sic decet regiam celitudinem, ut quos cognoscit in Dei timore converlari & fidem catholicam integrè custodiare, vel evangelica præcepta omnimodis observare, ad tale officium studeat promovere. Proinde dum vos arcem Metropolitani scimus tenere, præsentes apices cum debito salutationis officio almitati vestra studiuimus definire, petentes ut

ad eum benedicendum properare debeatis, & litteras ad comprovinciales fratres vestros dirigatis ut & illi adesse debeant, ut canonice & juxta apostolicam institutionem sub nostri praefectia in sancta Paschali sollemnitate Pontificali benedictione debeat confirmari. Illud etiam ante omnia supplicamus, ut nos in sanctis ac Deo placitis orationibus vestris Domino commendetis, & ad exsplendum quod vobis injungimus negotium nullam moram facias. Quem indiculum manus nostra subscriptione, ut mos est, decrevimus roborare. *Dagobertus Rex subscripsit.*

SIGEBERTI REGIS EPISTOLA AD DESIDERIVM EPISCOPVM Cadurcensem.

Quod synodale Concilium celebrari non debeat in regno absque permitta Regis.

Data circa annum DCL.

DOMINO sancto & apostolico in Christo patri Domino desiderio Sigibertus Rex. Dum, fabula currente, à plures * & fidelibus nostris cognovimus quasi vocati ab idemque patre nostro Vulfoleudo Episcopo synodali consilio Kal. Septembbris in regno nostro, ignoramus in quo loco, una cum reliquo fratre & comprovinciales vestros debeat conjungere, licet nos statuta canonum & ecclesiasticas regulas, sicut parentes nostri in Dei nomen conservarunt, ita & nos conservare optamus, tamen dum ad nostram antea notitiam non fuimus perlatum, sic nobis cum nostris proceribus convenit, ut sine nostra scientia synodalis concilium in regno nostro non agatur, nec ad istas Kal. Septembbris nulla conjunctio sacer-

dorum, ex his qui ad nostram ditionem pertinere noscuntur, non fiat. Postea vero opportuno tempore, si nobis antea denuntiatur utrum pro statu ecclasiastico, an pro regni utilitate, sive etiam pro qualibet rationabile conditione, conjunctio esse decreverit, non abnuimus; sic tamen ut diximus, ut in nostri prius deferatur cognitionem. Proinde praefectia scripta sanctitati vestra definire curavimus, per qua petimus ut pro nos orare dignentis, & ad ultimam conjunctionem, priusquam nostram cognoscatis voluntatem, penitus accedere non debeat. Et ut certius credatis, hunc indiculum manu propria subter subscripsimus.

S Y G G I B E R T V S R E X S V B.



KARLOMANNI